

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochochiensis Joannes Bacmeisterus.
D. Med. & Sup. Math. P. P. Facult. Med. Senior Ad Festum Sanctorum Angelorum
Summa cum devotione recolendum Omnes & singulos Cives Academicos sedulo
invitat, serioque hortatur**

Rostochi[i]: Praelo Weplingiano, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742503984>

Druck Freier  Zugang



J. 512.
1683.
Mich.

J. 512.

—

1683. Mich.

~~A-1256~~³⁷.

PROGRAMMA

²⁸⁰
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOANNES BAC-
MEISTERUS. D.

Med. & Sup. Math. P. P. Facult.

Med. Senior.



^{Ad}
FESTUM
SANCTORUM
ANGELORUM

Summâ cum devotione recolendum

Omnes & singulos Cives Academicos sedulò invitât,
serioqve hortatur.



ROSTOCHI,
PRÆLO, WEPLINGIANO, UNIV. TYPOGR.

M. 1256 37

1683. 27



Quemadmodum ad singula Majora Cere-
moniarum nostrarum Sacra admo-
nere vos, *Academiae Civis*, pietatis ex hac
Tabulâ consuevimus; ita quoq; præ-
senti MICHAELIS, sive potius æterni
illius & cœlitus demissi ARCHANGE-
LI Festo die, ad seriam *Angelorum* divi-
næque tutelæ meditationem Vos co-
hortamur. Et omninò indigemus tali-
bus admonitionibus circa senile hujus Orbis frigus, ubi, ut
erga omnia alia, sic & sanctissimos *Angelos* debitus ardor
excussit animis; imò & memoria. *S. Angelorum* penitus in-
tercidisse videtur. Nec adeò paucos inter Mortales repe-
riri crediderim, qui cum ipsis Manichæis & Saducæis *Ange-
los* vel planè negant, vel tantum Motus seu cogitationes
bonas hominibus à DEO inspiratas, non verò res per se sub-
sistentes & *ipsæ sua* singularia esse asserunt. Rectius au-
tem illud ex *Sacris* docemur *Literis*, quæ non solum à DEO
conditos & creatos *Angelos* passim commemorant, sed &
ipsimet Apostoli V. T. historias, quibus *Angelos* DEI conspe-
ctos fuisse, DEUMq; per illos sua opera perfecisse, testatum
relinquitur, allegant: Nec non à semet ipsis etiam haut ra-
rò visos, vel auditos, eorumque quosdam, non obstante,
quòd, teste Sacro dogmate, omnes primum creati essent
boni, & ornati sapientiâ, justitia, & libertate voluntatis, præ-
nimia animi arrogantia Majestatem & Dominationem,
summam affectantes, lapsos à veritate defecisse, seque &
juxta secum alios quam plurimos Vitæ æternæ indignos fe-
cisse, inque exitialem damnationem præcipitasse, neq; ul-
lam deinceps veniæ spem habere: alios autem in suâ justi-
tiâ & innocentia constantissimè perseverasse, inque con-
creatâ illâ bonitate ex merâ DEI gratiâ ita confirmatos esse,
ut imposterum eâ excidere & labi non possint, fideliter
com-

commemorant. De horum Crëatione valdè ambigunt
Theologi. *Hieronymus* quidem ante Mundi principia; *Au-*
gustinus statim primo die, *alii* secundo die, *alii* tertio ex cer-
tis Scripturæ locis colligunt. Ipse verò cum aliis nostratis
Religionis assertoribus illos in *hexaëmero*, seu sex illo die-
rum spatio, quo omnia sua opera, Cœlum & Terram cum
omni Exercitu eorum condidit & complevit DEUS, nec
post creatos autumo: *Et*, ut incerti sumus, ex quâ materiâ
constent, ita neq; serupulosè, quem Scriptura tacet, indaga-
re Creationis diem fas est: sufficit scire, Creationem illorum,
quam tumvis diem Creationis ignoramus. Magna insuper
harum Creaturarum s. *Angelorum* est potentia, magna sapi-
entia, utraq; tamen certis limitibus circumscripta, & ita
comparata, ut & augeri & perfici queat. Licet enim unus
duntaxat *Angelus* unâ nocte omnes primogenitos totius
Egypti perdidit, inque populo *Davidis* uno triduo septua-
ginta virorum millia occiderit: non tamen ex suâ sibi
propriâ virtute & potentiâ, sed à DEO concessâ & mandatâ
potestate factum id est. Numerum *Angelorum* indicibilem
esse vel ex historia *Jacobi Patriarchæ* patet, qui *Castra An-*
gelorum obviam habuit, & *Danielis*, qui millia millium & de-
cies millies centena millia, & *Elisei*, qui integrum Exercitum
eorum vidit. An vero singulis hominibus suis & certus
Angelus in custodiam deputatus sit, ipsemet non dixerim:
in eo certus, non unum tantum sed plures homini pio, prout
requiritur, Custodes *Angelos* assignatos, vigore *Psalm. XC.*
ubi legitur; *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in,*
omnibus viis tuis, & in manibus portent te. Similiter *Luc.*
XVI. v. 21. Factum est, ut moreretur Mendicus & portaretur ab
Angelis in sinum Abrææ. Nec minus *salvator noster JESUS*
CHRISTUS ipse *Matth. XII. Angelos parvulorum in Cœlis per*
petuò aspiciere faciem patris sui, dicit. Ut alia jam taceam s.
Scripturæ loca, nec allegem, quæ vel *Platonici Academici*

de appositione cujusdam Spiritus, quam primum Homo in
hujus Mundi theatrum editus, cujus consilio regatur, au-
xilium tegatur; vel etiam *Cabalista* recentiores de tribus di-
stinctis Hominis animabus ejusq; adjunctis s. bonis s. ma-
lis *Angelis*, prolixè quidem satis, destituti tamen omni fun-
damento, proferunt. Nostri officii potius erit præcavere, ne
boni *Angeli* tutelares à nobis aufugiant, quam scrupulosè
in numerum, quot eorum nos custodiant, inquirere. Ve-
rosimilè interim omnino est, inter tantam multitudinem,
tantumq; numerum *Angelorum* certos reperiri Gradus &
Ordines, non quidem ratione beatitudinis & æterni gaudii,
quod ex æquo omnibus commune, sed vel respectu dono-
rum, vel gloriæ, vel eminentiæ, claritatis, officiorum aut po-
tentia, eodem modo, uti & inter Electos gradus gloriæ
in alterâ vita futuros credimus; quo procul dubio respexit
Paulus ad Coloss. 1. c. v. 16. scribens, Alios esse Thronos, alios
Dominaciones, alios Principatus, alios Potestates. Ex quibus
Scriptor aliquis, quem *Dionysium Pontificii* vocant, &
Pauli Apostoli Discipulum fuisse gloriantur, quod tamen
non esse verum, Megalander noster *Lutherus Comment: in*
c. 3. Genes. palam profitetur, multo minus illum nostrates
pro *Arcopagita Dionysio* illo Atheniensis Ecclesiæ Episcopo,
reverà Pauli Discipulo, de quo Actor. XVII. agitur; nec pro
altero illo *Dionysio Corinthiorum* Episcopo *Justini Marty-*
ris *ὁβυζῆσι* magni nominis Viro; nec pro tertio *Dionysio*
Alexandrino Episcopo, *Origenis* Discipulo (tres enim hi
illustres *Dionysii* saltem apud Historicos Ecclesiasticos cele-
brantur) agnoscunt, sed alium aliquem recentem obscu-
rumq; Scriptorem monasticum fuisse statuunt, Novem or-
dines *Angelorum* & tres *Hierarchias* secundum nomina, quæ
S. S. Scriptura illis tribuit, constituit, ita ut prima *Hierarchia*,
complactatur *Thronos, Cherobinos & Seraphinos*; altera *Domi-*
naciones, virtutes & Potestates: tertia Principatus, Angelos &
Archan-

Archangelos. Ex his Archangelos cæteris veluti præesse & ad sã
ma quæq; dignitatis mysteria explenda adhiberi inde statu-
unt, quia ad Mariam Virginem non gregarius aliquis Angelus-
sed Arch Angelus GABRIEL missus est. Quâ vero ratione inter,
se distent isti Ordines, & quodnam cujusq; sit officiũ propri-
um, mirâ verboritate explicant, cum hoc jam allegato Dio-
nyfio, Lombardus lib. 2. sentent. distinct. 9. & Thomas de Aqvi-
no part. 1. summ. Theol. quæst. 108. Ut jam nugas taceam ac
deliramenta alia, quæ de IX. Angelorum ordinibus & divi-
sis inter illos pro correspondentia præmiorum & merito-
rum beatarum animarum agminibus, à quibusdam pro-
ponuntur. Mirari interim satis non possim audaciam Ga-
brielis Barletta, quando in Homil. Miachaël: sequentibus ver-
bis ordinem omnem cum annexis licentiose satis describe-
re non erubescit. Primus, inquit, ordo est Angelorum, in quo
ponuntur Virgines corpore & mente, de quibus dictum: Beati
Mundi corde. Secundus ordo Archangelorum, in quo ponuntur
Pœnitentes maximi. Tertius ordo Thronorum, in quo ponuntur
Misericordēs. Quartus ordo Dominantium, in quo ponuntur
patientes in tribulationibus. Quintus ordo Potestatum, in quo
ponuntur Contemplativi & boni religiosi, qui regulam ad Majo-
rum suorum instituta seruarunt. Sextus ordo Principatum, in
quo ponuntur Prælati & personæ Ecclesiastica, Judices & Officiales
qui iudicium ferunt. Septimus ordo est Virtutum, in quo ponun-
tur Virtuosi, omnibus Theologicis & Cardinalibus virtutibus
præditi. Octavus ordo est Cherubimorum, in quo Prædicatores &
Doctores, qui verbo & exemplo docuerunt, ut Franciscus, Domi-
nicus, Vincentius. Nonus ordo est Seraphinorum, in quo ponun-
tur ardentes charitate & amore DEI, ut Johannes Baptista &
Apostoli. Super hos Angelorum choros nullus est nisi Maria.
Hactenus Barletta. Verum quæ hæc est intestabilis & fallax
licentia, imo subtilis Idolatria, fabulosam ineffabilis, soli q;
cælo noti ordinis Angelici Castrametationem, ac Throno-

rum, Dominationum, Seraphicam subordinationem definire. Non decet certè illorum differentiam extra Scripturas scrutari: quin potius cum *S. Augustino* nos ignorare fateamur, quomodo beatissima & superna illa Societas constituta, quæ personarum differentia, ut, cum omnes tanquam generali nomine *Angeli* nuncupentur, sint tamen & illic *Archangeli*, & utrum iidem *Archangeli* nominentur *Virtutes*, & quid inter sese distent illa vocabula quatuor, quibus universam istam Cœlestem Societatem Apostolus loco paulò antè citato comprehendisse videtur, dicant qui possunt, si tamen probare possunt, quod dicunt. Habent sanctissimi hi Spiritus, quod super hæc delira nugamenta illos extollit. Tota Scriptura Sacra excellentiæ SERAPHINORUM est monumentum. Universus Orbis CHERUBINORUM exosculatur præsidium. In *Angelorum* memoriâ tota comprehenditur *Scriptura*, tota *Creatura* & quæ unquam in imaginem suam *Hominem* Creator contulit, stupenda & tremenda mysteriis beneficia. Neque verò ita in hoc *Angelorum* Festo corusca illa *flammanium Angelorum* perlustranda sunt Castra, ut non ipsa *inferni Phalanges*, ipsi *Principes tenebrarum* mente penetrandi sint. Spiritus enim hi contaminati & perditæ, cum, postquam à DEO Conditore defecerunt, non solum omnibus ornamentis, quibus ante lapsum erant condecorati, privati, sed è contra ex malitia, mendaciis, simulationibus, dolis, fallaciis & ludificationibus sint compacti, consuti & compilati, nil nisi malum amplectuntur, & eò, quicquid virium habent, referunt ut nos, qui sub Castris Divi MICHAELIS militamus, inde avertant, ad maleficia impellant, vanitatibus hujus Mundi inescant, laqueis voluptatum irretiant, & deniq; in *Gebenam* secum trahant. Quod si hic vellem enumerare, quibus fraudibus, quibus technis, quibus dolis ac machinationibus Hostis hicce veteranus generis humani callidissimus & versutissimus Diabolus, qui etiam homicida & mendax in Sacro appellatur Codice, cum

his Legionibus miseros nos Mortales seducere nobisq; imponere tenet, pagellæ hæ Programmati dicatæ vix sufficerent. Nemo certè tam sanctus & sapiens, quæ non aggredi, nemo tam validus & magnus, cui non infidias struere audeat Satanas, prout hoc ipsum Salvator noster CHRISTUS suo exemplo Matth. 4 docet. Audacissimus namque & inprudensissimus est Spiritus, omnesq; dementandi artes tam perfecte edoctus, ut nullum agnoscat parem, multo minus superiorem. *Hinc Aurelianus Prudentius in Hymno anto fonnium reddissimè inter alia illum ita compellat.*

Procul esto pervicaci

Præstigiator astus

O toruosè serpens.

Qui mille per Meandros

Fraudesq; flexuosas


Agitas quæta Corda.


Et qui eas dementandi artes nesciret? Si enim Hannibali, si aliis veteranis Ducibus stratagematum peritia inde aucta sit, quod ad XX. vel XXX. annos in Castris continuo versati fuerint: quantum huic Veteratori versutia in hæere creditis, quem non XX. aut C. annos, sed jam sex ferme annorum milia hoc bellum contra filium DEI, omnesque illos, qui huic Archiduci nomina professi sunt, continuare novistis. *Projectus quidem est Draco ille magnus, Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, seductor Occumenicus, ut, nunc saltem, potentiss, & regnum sit DEI nostri, & potestas Christi ejus, secundum hodiernam Lectionem Epistolicam desumptam ex Apocal. c. xii.* Verum nunc securi, in hiberna, Castra ducamus, prohibet VÆ illud Apocalypticum, omnibus terræ marisque Incolis annunciatum. *Nam descendit Diabolus ad nos plenus iræ magna, ut qui sciat, paululum tempus habere.* Qui ergo sententiam de Diabolo fictam & commentitiam derident, illos tandem aliquando ipsa experientia, aliud docebit. Quem admodum enim *Aristot.* venuste inquit, nolentem asfentire, quod ignis sit calidus, conijciendum esse in ignem, donec vim flammæ cum dolore & cruciatu sentiat: Sic illos Epicuri de grege porcos finamus Sardonium ridere risum, & Sathanam contemnere tantisper, donec ab eo comprehensi animadvertant, Diabolos esse hæc falso perhiberi. Nos qui ex Sacra & Prophana Historia scimus, & malos & bonos esse Angelos, illos nostros & omnium piorum Hostes & persecutores maximos, hos ministros, amicos ac defensores indefessos; jure merito hodie & omni tempore agimus gratias DEO ter opti, maximo singulares, quod nobis hocce Principes designare voluerit, qui non solum nos adversum insultus Leonis hujus rugientis, quærentis quos absorbeat, protegerent, sed etiam ceu egregii doctores ac magistri suo exemplo præluerent, quorum sanctissimam disciplinam, & institutâ imitatione nos experientes eorum moribus nostros in omni vita conformaremus, eumq; rogamus, ut porro nobis istos relinquat Custodes, qui circum nos, velut atrienses quidam accensi & apparitores sedulo congregati, nostro loco adversariis omnibus resistent, nosq; tutos sistant, ut quisq; in functione sua DEO grata, Reipubl. utilia; nobisq; omnibus & singulis salutaria dicamus & faciamus, Pro quo voto obrinendo summè nobis opus est, ut inter nos & tam candidas mentes perpetua voluntatum, studiorum sententiarumque sic confusio, in quo omnem amicitia vim esse possum recte egregius Orator statuit. Sed quænam sunt eorum studia & voluntates? Hæc sunt: *Sobrietas, Castitas, Pietas, Pax, Veritas, Preces & Charitas.* *Quocirca sumus Temporantes, Modestæ*

destæ

defti, Casti, Pii, Pacifici, Veraces, indefinenter quæmas, & nos indicem verè dili-
gamus, Vitemus opera Carnis & ambulemus in Spiritu. Aspernemur liber-
ratem Carnis, quæ servitus est, & obediamus DEO, cui servire regnare est. Ve-
terum Sapientum quispiam dixit: O Homo noli peccare, DEUS videt, Angelus
adstat, mors minatur, Diabolus accusat, Conscientia mordet, Inferna cruciat. Au-
reus hujus moniti memores semper cogitemus, nos vivere in conspectu non tan-
tum Hominum, sed ipsius Filii DEI, & Angelorum. Hi affident nobis, nobi-
scum ambulant, & servant nos, quam diu male vivendo non abiguntur. D. A-
postolus Paulus ad Corinth. c. XI. v. X. gravissime monet, ut Mulier pore-
statem habeat supra caput propter Angelos. Hi enim Spiritus incompara-
biliter volunt, ut omnis scandalorum submoveatur occasio, quæ inhabitationem S.
Sancti gratiosam turbar, & Angelorum cohabitationem lædit. Quanto vero
magis displicebit illis jam impudica seculi nostri licentia, quia non Virgines
tantum submotis velis in Ecclesiæ adita ad tremendorum mysteriorum sacra-
rium involant, sed etiam videntur eò inclinare Matronæ, à quibus castitatis
exemplar jure exigas, quæ jam multam nuditatem frontibus, multos aditus
oculis patecerunt, & quanta sit aperta via inquinamenti scelerum osten-
dunt. Quot quantisq; velis nos omnes muniendi sumus, ne eveniat aliquid,
quod Angelicam presentiam possit offendere, ? Ubi velamina mentis, intell-
ectus, voluntatis, reliquorumq; sensuum interiorum manent? quos nullo in-
digere velamine ille persuasum sibi habeat, qui sensu caret. Assurgamus nos,
CIVES ACADEMICI, ad cordatiora velamina. Sint illa non Virginum &
Matronarum mollia, per quæ sæpè admittitur tentatio nequam, sed omnes
armatura fortium, in quâ S. Angelis mirificè placemus. Agnoscamus devotè
mente, quam fortiter Militia Cælestis Monarcha MICHAEL proximè præterla-
pis septimanis infensissimorum Christianorum hostium, Turcarum, Tartaro-
rum omniumque Barbarorum Exercitum horrendum ac ferè innumerabilem
tanto cum impetu in Ungariam, Austriam, Moraviam &c. irrudentem, omnia depo-
pulentem, ipsam Imperatoriâ sedem Viennâ obsidione cingentem & per varias
oppugnationes ferè expugnantem, nec non extrema toti Germaniæ minitantè,
unico quasi istu præter omnem opinionem & expectationem fuderit, omnem
& in nihilum quasi redegerit, Hostium minas & molimina confuderit, omnem
animum eis ademerit, Consilia Confæderatorum ipse direxerit, eorum dexteri-
tatem successu insperatè & ferè admirabili confirmaverit, omneq; inimica-
rum nostrorum opprobrium Clementissimè à nobis averterit. A DOMINO fa-
ctum est illud, & est mirabile in oculis nostris, multarumque hominum sen-
tentis, ut nunc humili mente hilarique voce universi & singuli jure meritoq;
acclamemus. DEO dirigente gloria, exequentibus Confæderatis gratia nullis se-
culis terminanda. Tuere, Clementissime DEUS, porro inter tot furores Sa-
tanæ hostiumque machinationes, Ecclesiæ & Academiæ nostræ hospitium An-
gelorum forti præsidio, ac contra omnes insuleus defende fortiter, ut, quo plu-
res periculorum aquæ inundant, eo majora capiat Academia hæc, Urbs totaq;
Provincia Mecklenburgica incrementa. P. P. Rostochii ipso MICHA-
ELIS die, sub Sigillo Universitatis A, CIO 19CLXXXIII.








suis Legionibus miseros nos Mortales seducere n
 ret, pagellæ hæ Programmati dicatæ vix sufficer
 sanctus & sapiens, quem non aggredi, nemo tam v
 non infidias struere audeat Satanas, prout hoc ipsum Sa
 suo exemplo Matth. 4 docet. Audacissimus namque
 Spiritus, omnesq; dementandi artes tam perfecte edocet
 parem, multo minus superiorem. *Hinc Aurelianus Pro*
 fomnum rectissime inter alia illum ita compellat.

*Procul esto perbicacii
 Praestigiator astus
 O toruose serpens.*

*Qui ma
 Frauda
 Agitas*

Et qui eas dementandi artes nesciret? Si enim Han
 nis Ducibus stratagematum peritia inde aucta sit, qu
 nos in Castris continuo veritati fuerint: quantum huic
 habere creditis, quem non XX. aut C. annos, sed jam se
 lia hoc bellum contra filium DEI, omnesque illos, qui h
 professi sunt, continuare novistis. *Projectus* quidem *es*
pens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satana, seductor
salus, potentia; & regnum sit DEI nostri; & potestas Christi
 nam Lectionem Epistolicam desumptam ex Apocal. c. xi
 hiberna, Castra ducamus, prohibet VÆ illud Apocaly
 ræ marisque Incolis annunciatum. *Nam descendit Da*
magna, ut qui sciat, paululum tempus habere. Qui ergo
 lo fictam & commentitiam derident, illos tandem aliqua
 aliud docebit. Quem admodum enim *Aristot.* venuste
 sentire, quod ignis sit calidus, coniciendum esse in igne
 rum cum dolore & crutiatu sentiat: Sic illos Epicuri de
 Sardonium ridere risum, & Sathanam contemnere tantil
 prehensi animadvertant, Diabolum esse haut falso perhib
 & Prophana Historia scimus, & malos & bonos esse Ang
 omnium piorum Hostes & persecutores maximos, hos mi
 fensores indefessos; jure merito hodie & omni tempore
 ter opt. maximo singulares, quod nobis hocce Princip
 qui non solum nos adversum insultus Leonis hujus rugi
 absorbeat, protegerent, sed etiam ceu egregii doctor
 emplo prælucent, quorum sanctissimam disciplinam,
 ne nos experientes eorum motibus nostros in omni v
 eumq; rogamus, ut porro nobis istos relinquat Custode
 lut atrienses quidam accensu & apparitores sedulo cor
 adversariis omnibus resistent, nosq; tutos sistant, ut qui
 DEO grata, Reipubl. utilia, nobisq; omnibus & singu
 & faciamus, Pro quo voto obrinendo summe nobis opu
 tam candidas mentes perpetua voluntatum, studiorum
 confusio, in quo omnem amicitia vim esse positam re
 statuit. Sed quænam sunt eorum studia & voluntates? *Hæ*
itas, Pietas, Pax, Veritas, Rectes & Charitas. Quocirca sim



ere ten
 te tam
 us, cui
 RISTUS
 nus est
 nofcas
 lo ante

etera
 X. an
 tia in
 n mil
 omina
 es, Ser
 nunt
 odier
 uri, in
 s ter
 us ire
 labo
 ntia
 m af
 mma
 amus
 com
 Sacra
 ros &
 ac de
 DEO
 erit,
 quos
 o ex
 atio
 mus,
 s, ve
 loco
 sua
 imus
 os &
 e sig
 ator
 Ca
 Mo
 desit